

Dux et auctor inclyte,
Qui tenes beata regna
Cum Parente et Spiritu.

Amen.

IN PRIMO NOCTURNO.

Ant. Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesus.

Ps. Quare fremuerunt Gentes, *ut in 1. Noct. Dominicae.*

Ant. Factus agonia prolixius orabat, et factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram

Psalmus Domine, quid multiplicati sunt, *ditto.*

Ant. Judas, qui eum tradidit, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos, decens: Peccavi, tradens Sanguinem justum.

Psalmus Conservame, Domine. *ut in 2. Noc. Dom.*

v. Redemisti nos, Domine.

r. In Sanguine tuo.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

LECTIO I.

[Hebr. c. 9.]

CHRISTUS assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium Sanguinem, introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa. Si enim sanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis Sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi? Et ideo novi testamenti mediator est; ut, morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis.

corum et taurorum, et cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis Sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi? Et ideo novi testamenti mediator est; ut, morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis.

r. Jesus, ut sanctificaret per suum Sanguinem populum, extra portam passus est: * Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium ejus portantes.

v. Nondum enim usque ad Sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes.

Exeamus igitur.

LECTIO II.

UBI enim testamentum est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum vivit qui testatus est. Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato Legis a Moyse universo